

Laibacher Diöcesanblatt.

Nr. 10.

Inhalt: I. Decretum pro inscribendis nonnullis officiis in Calendario Ecclesiae universalis, necnon pro corrigenda rubrica generali Breviarii romani tit. X. de translatione festorum. — II. Spoved pred sklenitvijo zakona. — III. Historia Cathedralis Ecclesiae Labacensis auctore Joanne Gregorio Thalnitschero (continuatio). — IV. Miscellanea. — V. Concurs-Berlautbarung. — VI. Chronik der Diözese.

1882.

I.

LEO PP. XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

DECRETUM PRO INSCRIBENDIS NONNULLIS OFFICIIS
IN KALENDARIO ECCLESIAE UNIVERSALIS,
NECNON PRO CORRIGENDA RUBRICA GENERALI BREVIARII ROMANI TIT. X.
DE TRANSLATIONE FESTORUM.

Nulla unquam tempore Romani Pontifices Antecessores Nostri praetermiserunt Sanctorum virorum, qui doctrina, virtute, rerum gestarum praestantia Catholicam Ecclesiam, dum in terris agerent, illustrarunt, memoriam in animis Christifidelium, eorum praesertim, quorum est caeteros exemplo antequo altius possent imprimere. Id autem haec inter alias ratione consequuti sunt, eorundem scilicet Sanctorum festa sive in Universali, sive in Particularibus Ecclesiis indulgendo, ac vitae et rerum gestarum historiam Breviariis inserendo, ut qui divinas preces recitare tenentur, ab iis virtutum illorum factorumque memoria cum laude quotannis repetatur. Hinc nostris etiam temporibus sanctus Pius Papa IX Praecessor Noster vota excipiens et preces multorum Sacrorum Antistitum, qui Romam convenerant Oecumenici Concilii Vaticani causa, peculiarem constituit Anno MDCCCLXXIV Sacrorum Rituum Congregationem, cui munus detulit expendendi utrum opportunum esset in Calendario Ecclesiae Officia inserere nonnullorum Sanctorum, qui Apostolorum opus prae caeteris prosequuti Ecclesiae universae aedificandae ac tuendae, et inter diversas gentes dilatandae impensius adlaborarunt: Officia haec erant Sanctorum Bonifacii Episcopi et Martyris, Iustini Philosophi Martyris, Cyrilli et Methodii Pontificum et Confessorum, Cyrilli Episcopi Alexandrini, Cyrilli Episcopi Hierosolymitani et Augustini Episcopi Cantuariensis. Haec autem peculiaris Congregatio Sacrorum Rituum, omnibus quae ad rem pertinerent accurate perpensis, expedire censuit Officium S. Bonifacii ritu duplici ad universam Ecclesiam extendi, indulgendumque esse illis, qui S. Iustini Officium peterent eodem ritu: de aliis rem differre placuit. Quam sententiam idem Praecessor Noster ratam habuit et confirmavit. Haec tum quidem acta sunt. Anno autem MDCCCLXXX visum est Nobis, Sanctis Fratribus Cyrillo et Methodio Slavoniae gentis Apostolis eiusdem cultus honorem tribuere, S. Bonifacio, ut diximus, a Praecessore Nostro delatum. Porro cum Sacrorum Antistites ac

Fideles rogare pergerent, ut pari honore condecorarentur tum S. Iustinus, tum alii inclyti Caelites, de quibus prolata res fuerat, tum etiam S. Josaphat Episcopus Polocensis Martyr, praeclarum Poloniae ac Ruthenae gentis lumen: cumque habenda esse tandem ratio videretur postulationum, quae a Romano Clero Apostolicae Sedi porrigebantur pro inscribendis in Calendario Urbis festis quorundam Sanctorum, qui Urbem ipsam suis illustrarunt exemplis et finem laborum suorum ibi assequuti eam propriis nobilitarunt exuviis; idcirco Nos particularem Sacrorum Rituum Congregationem a Praecessore Nostro iam pridem deputatam iterum constituere duximus, eique mandavimus ut opportune expenderet, qua ratione in Calendario, sive Universali sive Cleri Romani Officia praedicta et alia in posterum, si opus esset, inseri possent. Itaque approbantes, et confirmantes, quae a Venerabilibus Fratribus Nostris Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus aliisque dictam Congregationem componentibus decreta, et per Venerabilem Fratrem Nostrum Dominicum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Bartolinum Sacrorum Rituum Congregationi Praefectum relata Nobis fuerunt. Auctoritate Nostra Apostolica volumus et praecipimus, ut in Calendario Universali Ecclesiae sub ritu duplici minori inscribantur Officia; die IX Februarii S. Cyrilli Alexandrini Episcopi Confessoris; die XVIII Martii S. Cyrilli Hierosolymitani Episcopi Confessoris; die XIV Aprilis S. Iustini Philosophi Martyris; die XXVIII Maii S. Augustini Episcopi Cantuariensis Confessoris; die XIV Novembris S. Iosaphat Episcopi Polocensis Martyris; deinde ut in Calendario Cleri Romani sub ritu item duplici minori inscribantur Officia: die XVI Aprilis S. Benedicti Iosephi Labre Confessoris; die XXIII Maii S. Ioannis Baptistae De Rossi Confessoris; die XIX Augusti B. Urbani II Papae et Confessoris; die XI Octobris B. Ioannis Leonardi Confessoris; die XVII Decembris S. Leonardi a Portu Mauritio Confessoris: affigantur autem in eodem Calendario Cleri Romani festa S. Cyrilli Alexandrini diei XX Februarii, S. Cyrilli Hierosolymitani diei XX Martii, S. Augustini Cantuariensis diei VII Iunii et S. Iosaphat Polocensis diei XIV Decembris. Quo vero in utroque Calendario tum Universali tum Cleri Romani habeantur sedes liberae ad nova Officia introducenda, eadem Auctoritate Nostra volumus et praecipimus, ut Rubrica Generalis Breviarii Romani tit. X de Translatione Festorum hac ratione mutetur, videlicet: „Festa duplicia minora (exceptis illis Sanctorum Ecclesiae Doctorum) et Festa semiduplicia si occursu Dominicae vel Maioris Festi seu Officii quomodocunque impediuntur, non transferuntur, sed ipso die quo cadunt, de eis fit in utrisque Vesperis et Laudibus commemoratio, cum nona lectione historica, sive una ex duabus aut tribus, si tamen haec eo die fieri possint; secus huiusmodi festa duplicia et semiduplicia eo anno penitus omittuntur, ut de simplici cautum est in rubric. tit. IX num. X, tit. X num. VIII“: postremo ut praesentes litterae Apostolicae in novis editionibus Breviarii ad calcem Rubricae interim apponantur, donec accurata Rubricae ipsius correctio per Sacrorum Rituum Congregationem perficiatur. Haec praecipimus et mandamus, non obstantibus Apostolicis ac in universalibus provincialibusque et synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut praesentium Litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo Personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem prorsus adhibeatur fides, quae adhiberetur ipsis praesentibus si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XXVIII Iulii
MDCCCLXXXII, Pontificatus Nostri Anno quinto.

TH. CARD. MERTEL.

II.

Spoved pred sklenitvijo zakona.

Zakon prištevamo zakramentom živih, toraj mora ta ženin in nevesta ob sklepanji sv. zakona biti v stanu milosti božje — in statu gratiae. Ko bi sklenila to zvezo v zavednem smrtnem grehu, pregrešila bi se hudo dvakrat: nevredno prejemajoč in nevredno delè s zakrament, ker sta po sedanjem splošnem uku bogoslovcev poročenca sama delivca zakramentova. Ker je pa redno sredstvo, postaviti se v stan posvečujoče milosti božje, zakrament sv. pokore, zato sv. cerkev govori po Tridentinskem zboru: „S. synodus conjuges hortatur, ut antequam contrahant, vel saltem triduo ante matrimonii consummationem, sua peccata diligenter confiteantur et ad ss. Eucharistiae sacramentum pie accedant.“ (Sess. XXIV. de ref. matr. cap. 1) — Vsled tega veli Rituale Rom. in po njem do besede natančno tudi naš Ljubljanski obrednik: „Admoneantur propterea conjug-s, ut antequam contrahant, sua peccata diligenter confiteantur et ad ss. Eucharistiam atque ad matrimonii Sacramentum pie accedant“. — In navod duhovnim sodnijam ces. avst. za zakonske zadeve, znana Instructio, glasi se v §. 75: „Decet, ut sponsi, priusquam in facie Ecclesiae foedere mortem usque duraturo jungantur, poenitentiae sacramento cor emundent et corpus Domini nostri devote suscipiant.“

Pri nas duhovni pastirji uže od nekdaj od ženinov in nevest zahtevajo spovedne listke v spričevalo, da so bili pri spovedi. Ženinom in nevestam se je to vselej tudi prav naravno in samo ob sebi umljivo zdelo, da sv. zakramenta prejmo; zato v naši škofiji (kolikor znano) v tej zadevi nikakoršne posebne postave nimamo, kajti potrebe in povoda ni bilo zá-njo. A današnje dni je vera mnogih opešala, in zgodi se uže tudi pri nas, da kak ženin (le o tacih je bilo slišati do sedaj) pred poroko noče iti k spovedi. Kaj storiti duh. pastirju v takem žalostnem primerljeji? Naj ga li poroči brez prejetih sv. zakramentov? Ali naj mu naravnost odreče zakrament sv. zakona, ako ne prinese spovednega listka?

Da pridemo do odgovora, oglejmo si gori navedena cerkv. določila. Občni cerkv. zbor rabi besede: „Synodus conjuges hortatur . . .“ Rimski in naš obrednik: „admoneantur conjuges . . .“ Instr. pravi: „Decet . . .“ Tu tedaj nimamo pred seboj ukaza, strogega povelja, vesoljne cerkve, prejeti pred poroko zakrament sv. pokore, ampak le opomin, sovèt, pred sklepanjem zakona poslužiti se tega rednega sredstva v očiščenje vesti in v zadobljenje milosti božje. To nam je umljivo. Saj nas uči sv. vera, da se grešnik tudi po popolnem čeznaturnem kesanju (per contritionem perfectam) postavi in statum gratiae. In edini spovedni listek, kojega pri spovedi dobi slehern, in ga ima terjati celò pravico, naj je prejel sv. odvezo ali ne, on nikakor ni zagotovilo, ni dokaz, da je dotični res v stanu milosti božje. Ne prejeti zakrament sv. pokore še samo na sebi ni zakonsk zažrek, ampak sv. pokora je le pomoček za vredno pripravo na zakrament sv. zakona.

Kaj tedaj storiti, ko bi ženin duh. pastirju naravnost napovedal: k izpovedi ne grem! Najprej naj pazi duhovnik, da ostane miren, da mu ne zažuga koj: „ako k izpovedi ne greš, te ne bom poročil.“ Prijazno naj mu pojasni, zakaj da sv. cerkev hoče prejem sv. zakramentov pred poroko, — — kako koristna, celò potrebna je izpoved sploh, zlasti še njemu, ki namerava skleniti toliko važno zvezo, stopiti v težavni stan, v katerem bo zelo potreboval blagoslova, pomoči od zgoraj. Ne bilo bi se mu pa zanašati na blagoslov božji, ko bi v smrtnem grehu, tedaj nevredno prejel zakrament sv. zakona. Silno odgovornost bi si s tem nakopal za dan sodbe Ako se upornik le še ne udá, obrne naj se duh. pastir do njegovih starišev, ali drugih sorodovincev; tudi do neveste, ako je bolj krščanska, da ti nanj vplivajo ter ga skušajo pregovoriti, da je pokoren sv. cerkvi, in da jim ne stori sramote, drugim pa pohujšanja.

In če le še trdovraten ostane? —

Pozveda naj duhovni pastir, zakaj se brani k izpovedi. Morda se izgovarja: ni še dolgo, kar sem pri izpovedi bil — saj sem bil o veliki noči — nimam nič velicih grehov i. t. d. Ko bi v tem primerljeji duhovnik strogo zahteval izpoved kot pogoj cerkvene poroke, utegnil bi se tak zanikarn in slab kristijan, kakoršen je gotovo uporni ženin, poslužiti postave avstrijske dné 25. majnika l. 1868 (državni zak. št. 47.), ki dovoljuje civilni zakon. Glasi se namreč člen II. „Wenn einer der nach den Vorschriften des allg. bürg. Gesetzbuches zum Aufgebote der Ehe berufenen Seelsorger die Vornahme des Aufgebotes oder einer von den zur Entgegennahme der feierlichen Erklärung der Einwilligung zur Ehe berufenen Seelsorgern, welcher von den Brautleuten deshalb angegangen wurde, die Vornahme des Aufgebotes oder die Entgegennahme der feierlichen Erklärung der

Einwilligung zur Ehe aus einem durch die Gesetzgebung des Staates nicht anerkannten Hinderungsgrunde verweigert, so steht es den Brautleuten frei, das Aufgebot ihrer Ehe durch die weltliche Behörde zu veranlassen und die feierliche Erklärung der Einwilligung zur Ehe vor dieser Behörde abzugeben. . .“

Vsled te postave bi politična oblast gotovo ne pripoznala ter ne sprejela duhovnikove branitve zaradi neopravljenih izpovedi.

Od druge strani pa sveta vera za vreden prejem zakramenta sv. zakona zahteva le stan milosti. In statu gratiae pa ženin res zamore biti, utegne biti, če tudi ni bil pri izpovedi; in izpoved sama na sebi, še celo prisiljena, nikakor ni zagotovilo, da je dotični v stanu milosti božje. Ne ostalo bi tedaj duh, pastirju v našem slučaju drugega storiti, kakor poročiti ženina, ako ni drugih zadržkov. Povedati pa mu mora prej, da bo to storil le zato, ker pravi, da mu ni treba izpovedi, da nima velicnih grehov . . . Sv. cerkev hoče izpoved pred poroko, da bi se zaročenci s tem zakramentom postavili v stan milosti božje; ker pa trdiš, da ti izpovedi ni treba, . . . hočem te poročiti. Ali glej, kako boš to enkrat odgovarjal pred Bogom; kajti nevedno boš zakrament prejel, božji rop boš storil, ako nisi v stanu milosti . . .

Da tako ravnanje duhovnega pastirja ni v nasprotju z načeli morale, razvidimo iz besedij Guryjevih: „Non potest parochus absolute per se id exigere (scil. ut praemittatur confessio matrimonio), nisi lex et praeceptum Episcopi illud statuatur. Ratio est, quia, quamvis requiratur status gratiae ad illud sacramentum accipiendum non tamen requiritur necessario, confessio cum contritio absolute sufficere possit etiam iis, qui versantur in statu peccati mortalis. Aliunde parochus plerumque non constat, sponsos in statu gratiae non versari.“ —

Kaj pa, ko bi ženin ali nevesta ne delala gledé izpovedi nikakovega izgovora, ampak bi naravnost kdo rekel: „nočem!“ Ali celò: „izpoved se meni zdí prazna reč; nihče me ne spravi k nji. Ako me hočete poročiti brez nje — prav; če ne, Vas silil ne bom!“

Tudi tu bi duhovni pastir moral narprej si prizadevati na vso moč, da upornika pregovori do prejema sv. zakramentov. Goreče naj sam moli za siromaka, priporoča naj ga tudi drugim v molitev; naj ga poučuje, prosi, svari; po osebah mu ljubih in dragih naj vpliva nanj . . . in če ne opravi nič? — Tedaj pa tudi za ta prežalostni primerljaj trdimo: Smé ga poročiti, če tudi nevednega — v narveči stiski, in extremo casu!

Tak casus extremus je, kedar bi se bilo bati (ako se mu poroka odreče), da bo z dotično osebo v grešni zvezi živel, ali civilno se dal poročiti, ali pred nekatoliškim cerkvenim služabnikom zakon sklenil (pri različni veri zaročencev).

Ali je pa v cerkvenem duhu, se li da opravičiti naša trditev? Gotovo! Razlogi so:

a) Branitev k spovedi iti, ali neprejem zakramenta sv. pokore, ni nikakov razdiralen zakonski zadržek, ni impedimentum dirimens, ki bi zakon storil neveljaven. Ko duhovni pastir torej poroči dotičnega zaročenca, je le-ta res zakrament zakona nevedno prejel, a vendar veljavno. Kaj pa da je zakon, veljavno sicer, a nevedno prejeti, jako žalostna reč, pravo zlo; a še bolj žalostna reč, še večji zlo bi pa bilo, ko bi taka poročenca po zakonsko skupaj živela in bi zakonska ne bila, tedaj v konkubinatu; ali pa, ko bi sklenila civilni zakon, ki po nauku sv. cerkve pred Bogom in pred vestjo tudi ni veljavna zakonska zveza. Znan nauk morale pa je, da izmed dveh neogibljivih zel je voliti manjše — tedaj v našem slučaju: zakon veljaven, če tudi neveden. Sv. Alfonz Ligvorijan uči: „Sententia probabilior tenet, licitum esse, minus malum suadere (tedaj toliko bolj samo: permittere), si alter jam determinatus fuerit ad majus exequendum. Ratio, quia tunc suadens non quaeri malum, sed bonum, scilicet electionem minoris mali. — Et hoc licere non solum privatis, sed etiam confessariis, parentibus et aliis, quibus ex officio incumbit impedire peccata subditorum.“

b) Ako duhovni pastir cerkveno poroči taka dva, gotovo od nju odvrne večjo dušno škodo, kakor ko bi ju ne poročil. V veljavnem zakonu živeča utegneta pozneje priti do treznejšega mišljenja in morda zaradi marsikaterih britkih ur in skušenj do spoznanja svoje pregrehe, pa začneta krščanko živeti. Tudi njunim otrokom s poročenjem skaže duhovnik veliko dobroto, stori jih zakonske, ter jim gotovo boljše vzrejo preskrbi, kot da bi bil roditeljema odrekal poroko.

c) Duhovnemu pastirju se tudi ni bati, da bi se s takim ravnanjem hudo pregrešil, češ, da je pomagal in pripomogel k sakrilegiju; kajti bil je le postavna priča, testis auctorizabilis, in kot tak je storil samo to, da se je izmed dveh neogibnih zel hujše odvrnilo in manjše zgodilo. Spoznali smo pa, da je to dovoljeno, pa da sv. Alfonz dopušča izpovedniku (tedaj duhovnemu pastirju sploh), da v takem primerljaju smé pripustiti manjše zlo, ako hujšega drugače odvrniti ne more.

d) Naše mnenje potrjuje tudi nauk imenitnih bogoslovcev. Gury uči: „Aliquando tamen tali (publici peccatoris) matrimonio assistere potest, nempe ubi urget ratio valde gravis et aliquo modo proportionata malo quod permittitur in sacramenti profanatione; e. g. si imminerent gravia mala communitati, aut si sponsi jam sint civiliter conjuncti, ut in Gallia evenire solet, cum matrimonium civile ecclesiasticum praecedere debeat. Majus enim malum, majusque scandalum ex fornicaria cohabitatione sequeretur.“ — Kardinal Gousset pravi: „Si una pars ad poenitentiae tribunal accedit, dari potest nuptialis benedictio, etiamsi altera pars confessionem non peregerit, dummodo locus sit timori, ne haec pars matrimonium potius civile ineat, quam confessioni se submittat. Datur enim benedictio in favorem illius, qui officio suo satisfecit. — In casibus, ubi nec una nec altera pars confessionem subire voluerit, parochus sequatur instructiones Episcopi sui, qui absque dubio ipsi facultatem potest concedere dandi benedictionem vel ad praecavendum vel ad terminandum scandalum matrimonii mere civilis.“ — Müller v svoji „Theol. Moralis“ tako-le piše: „Quaestio: An parochus assistere possit matrimonio sponsorum, qui confessionem a lege dioecesana praescriptam (česar pri nas ni) ante copulationem peragere nolunt? Resp. Primum sane parochus sponso ad confitenda peccata commovere studebit, charitatis industria, non increpationis duritie, utens, ne sponsi ideo tantum, quia omne effugium praeclusum vident, ac veluti coacti ad confessionem accedant, cum evidenti periculo, sacrilegae conjunctioni sacrilegam confessionem, vel etiam sacrilegam Communionem praemittendi. Opera sine fructu adhibita parochus illorum matrimonio assistere poterit, imo (ut ego puto) assistere debebit, si ex denegata assistentia majora mala timeantur, videlicet ne sponsi ad publicum scandalum turpiter cohabitent, vel matrimonium mere civile ineant, vel fide catholica deserta coram ministro haeretico contrahant. Ratio, quia ex una parte assistentia parochi in hoc casu est cooperatio mere materialis, quae ex causa gravi, qualis hic revera obtinet, est licita; atque ex altera parte parochus bono spirituali ovium suarum prospicere, hincque majora mala communitatis vel ipsorum contrahentium impedire tenetur. Eo minus parochus assistentiam denegare poterit in hujusmodi circumstantiis, si unus sponsus confessionem sacramentalem peregerit; quia fovendum est innocenti.“

Imamo pa še tudi neko na to stvar se ozirajočo razsodbo sv. cerkve. Reč je ta-le: Mogunški veliki vikar je sporočil svetemu Sedežu, da je v ondotni škofiji vže od l. 1812. diecezanska postava, da si duhovni pastir pri tacih ženinih, ki se pred poroko branijo prejeti sv. zakramente, mora na vso moč prizadevati, da jih pregovori k izpovedi. A v skrajni sili, ako zaročenca le še trdovratno zahtevata, da naj ju poroči brez izpovedi, smé ju duhovni pastir poročiti, da si s tem svoje vesti ne obteži; to pa vsled besedij Tridentinskega zbora, ki govori le o „opominjevanji k spovedi.“ Po sosednjih škofijah pa imajo tej nasprotno navado; tamkej namreč spoved in sv. obhajilo terjajo strogo, kot pogoj poročenja cerkvenega, če tudi se eden ali drugi zaročencev brani, in če tudi nevarnost nastane, da skleneta civilni zakon. Boji se toraj véliki vikar, da bi se sosednji ordinarijati utegnili pritožiti zavoljo mogunske nasprotne navade, toraj vpraša: ali naj ostane pri stari škofijski postavi od l. 1812., ali naj se preuredi? In S. C. Conc. je dné 28. avgusta 1852 odgovorila to-le: „An ordinatio Episcopi anno 1812 emissa sit servanda, seu reformanda in casu?“ R. Affirmative ad primam partem exclusis tamen casibus a jure praevisis. Negative ad secundam.“

Tedaj: exclusis tamen casibus a jure praevisis.

So toraj nekateri primerljeji po cerkvenem pravu določeni, v katerih duhovni pastir ne smé poročiti ženinov, ki se branijo prejeti sv. zakramente, in ko bi se bilo bati tudi slabih nasledkov. — Taki primerljeji so: Si quis est publicus et notorius peccator; — si in contemptum Ecclesiae confessionem respuit: — si ex matrimonio sine praevia confessione administrando scandalum oriatur.“

Ako je tedaj nevrednost gotova, tako da se o nji vže več pametno dvomiti ne more. in če je ob enem očitna, v onem kraju ljudem sploh znana, ali vsaj mnogim, takrat gré odrekati cerkveno poroko. Ako ženin duhovnemu pastirju v obraz pové, da ne veruje v spoved, da mu je prazna stvar itd., tedaj je njegova nevrednost sicer gotova, a ni ob enem vselej vže tudi očitna, če namreč drugi ne vedó za to, ali če ve le par molčéčih. — Tudi se ne zgodi vselej iz zaničevanja sv. cerkve, kedar se zaročenec brani iti k izpovedi. — Ravno tako ne moremo govoriti o pohujšanji, kedar branitev ni znana. In ko bi jih tudi mnogo vedelo, da eden ali drugi ženinov pred poroko ni bil pri izpovedi, so pa morda razmere med ženinom in nevesto take, da bi ne nastalo pohujšanje, ampak bi ljudje še rekli ali si mislili: bolje da so jih poročili brez izpovedi, kakor da bi nadalje tako živela!

Ali tudi tedaj, ko bi duhovni pastir mislil, da mu je iz enega ali drugega navedenih pravnih vzrokov poroko odrekati, ne sme sam določevati tega, ampak škofu gré odločiti, je li v tistem primerljeji zares ta ali oni kanonični vzrok, da gré zarad njega odrekati poročenje. „Res ad Episcopum deferenda est“, veli cerkveno pravo; tako učé tudi moralisti; tako uči avstr. Instr. v §. 70. za vse težavniše slučaje: „Quod si contingat, ut parochi monita nihil proficiant, res ad Episcopum deferenda. Hoc ipsum fiat, si alia quacumque ex causa difficultates vel dubia enascantur.“ — In navod, z ozirom na novo avstrijsko zakonsko postavo do Kranjske duhovščine izdan dné 9. julija 1868., ukazuje v §. 54: „Bei Zweifeln, wie in schwierigen Fällen mit Beziehung auf das Ehegesetz vom 25. Mai 1868 vorzugehen sei, hat sich der Seelsorger unter genauer Darlegung des Falles an die kirchliche Behörde zu wenden.“

Tako naj bi duhovni pastir vselej storil, kedar se kdo njegovih duhovnijanov stanovitno brani pred poroko prejeti zakrament sv. pokore. A. Z.

III.

Historia Cathedralis Ecclesiae Labacensis.

Auctore Ioanne Gregorio Thalnitschero I. U. D.

(Continuatio.)

Augusto mense adveniente omnium vota fervebant et comotus eo intenti, ut singula ad festivitatem 22. institutam rite parentur. Hinc mature indulgentiae plenariae, non ad octiduum, sed 15 dies, industriâ P. Preller e S. J. comparatae; novae vestes et sacra paramenta confecta; plurimi ad imminentem festivitatem invitati, arcus triumphales parati; omnes pene mechanici sollicite desudabant, ut quisque intra residuum breve tempus rem sibi assignatam perficeret. De quo speciali titulo fusius.

Die vigesima prima fusa fuit campana major, ponderis 64 centipondia, consecrata honori Sapientiae Divinae, cum sequentibus inscriptionibus:

DOMINVS SAPIENTIA
FVNDAVIT TERRAM.

INITIVM SAPIENTIAE
TIMOR DOMINI.

SOPHIAE VENERANDAE CAMPANA SACRA.

Infra:

Ipsa ego sum Sophiae Campana dicata Tonantis,
Auspicio Petri selecto fusa metallo,
Cuius grata canam nomen noctesque diesque;
Tum populi quaeram pretiosam jussa salutem.

Anno Domini M. DCC. VI., sedente in cathedra Petri Clemente XI., regnante Josepho primo Rom. Imp., gubernante sanctam Ecclesiam Labacensem Ferdinando ex Com. a Künburg etc. munificâ manu Illustriss. D. Petri Antonii Codelli de Fanenfeld, Provincialis Carnioliae et Carinthiae, fusa est haec campana. Subtus vero:

Casparus Franchi me fudit.

Septima Septembris ad Ecclesiam 5 paribus bovum et 30 circiter manualium opere aducta fuit, ibidemque, usque dum necessaria ad elevandum pararentur, usque ad 16. Octobris quievit, quâ die

industriâ vulgo „Kunstmaister“, Idriensis, 16 magnis funibus paratis, cum dies deficeret, sequenti die hora octava matutina feliciter turri imposita.

Julius Qualaens, postquam opera omnia, de quibus suo loco fusius, cum applausu omnium in-tuentium 21. Aug. confecerat, 25. eiusdem Locopolim a D. Marco Oblak ad exornandam aliquam Capellam in Burgsthal postulatus, discessit. Murarii e contra finitâ festivitate oratoriis laquearia imponunt. Interim arcus triumphales, qui in tertiam septimanam steterant, dejiciuntur. Perfectis oratoriis sacrarium, quod septentrionem respicit, coemento abducitur ac expolitur, fenestris ferrea retia ad arcendas injurias aestivas imponuntur, ac sic operi universo Deo dante feliciter finis 29. Octobris imponitur.

CAPUT XVIII.

Acta sub Francisco Carolo Episcopo.

Durante hac fabrica et quidem quarto anno eiusdem vacante sede episcopali Labacensi per resignatinnem celsissimi Principis Ferdinandi, per legationem Caesaream ad aulam regis Portugaliae ad Archiepiscopatum Pragensem promoti, ac a summo Pontifice a vinculo, quo Ecclesiae Labac. innodebatur, soluti, a Sua Caes. Maj. Josepho I. Rom. Imp. Franciscus Carolus ex Comitibus de Kauniz, Aust. Vienn. Metropolit. Salysb. et Cathed. Passav. Canon., Praepositus Altetingensis, sacrae Ap. Rotae causarum auditor 10. ann. nominatur ac annuente Rege Carolo Hisp. a summo Pontifice Clem. XI. confirmatur. 10. Sept. anno 1711. possessionem cepit, ut sequitur.

A reverendiss. Capitulo praevie habito consilio decretum, ut pro tenuitate temporis ad condecorandum hunc actum porticus et atrium Basilicae adornarentur, quod sic factum:

In ingressu Basilicae sequens prostabat inscriptio a geniis portata:

Post diuturna gentis nostrae vota
 Desideratus omnium suspiriis
 Ingredere
 Divino instinctu a Pastore universali
 Secundis alaudis
 Tibi commissam sanctam Aemonensem
 Basilicam,
 ut in ea,
 Ceu nova coelestium donorum regia,
 Ubi Romana exultat religio,
 Ac perpetuus supremæ Numinis majestati
 exhibetur honor,
 Sacrorum dispendas munera,
 Populos Tibi datos ames et serves.
 Habe proinde diu feliciter, quae meruisti,
 Princeps benignissime.
 In tuo prospero regimine, fulcitur
 nostra prosperitas,

Facies porro, quae meridiem respicit, insigne clypei gentilitii condecorabatur, cui supereminabat symbolum eiusdem:

Ara gentilis, strue ardente rutilans, cum lemmate
Nil charius pietate.

Selegit hoc sici Neo-Praesul, ut firmam regiminis sui basim stabiliret, asserens, nil ei in hac vita charius pietate, quae ipsi etiam vitae praestat. Non ignarus, omnia bona illis affluere, qui divinis obsequiis se totos devovent. Nec paveat Princeps, si faveat Deus; favere autem debet Deus, quamdiu Principis pietas Deo faveat. Regni basis pietas erga Deum est.

Adest huic genius Basilicae Metropolitanae cum voto:

„Longo tempore regnet ipse“. Deut. 17, 20.

Nec procul inde augurium legendum se praebuit:

„Quaecunque facies, prosperabuntur“. Psal. 1, 3.

Huic annexum vaticinium:

„Dominabitur potestate multa“. Daniel 11, 43.

Hic, uti speratur, quod Ferdinandus incepit, ad optatum finem deducet, ex Episcopatu Lab. Archiepiscopatum foventibus Superis condet. Inscriptio lateralis:

Nymphaea
A Slavorum rege
Ob annem vado forti animo
equo trajectum;
In avitae bellicae virtutis tesseram
Genti Tuae concessa,
Caesareo hodie favore,
Francisce Carole, efflorescit,
Dum sacra Aemonensium purpura
investiris,
Propria et majorum virtute
CIRCVMDatVs;
Ob in Romano Campidolio tot annis
Sapienter, fideliter
Pro Deo, Caesare et Patria
gesta,
Condignum defers praemium.

Parte aversa alia tabula hos referebat characteres, ad gentilitium clypeum pariter alludens:

Rosa Gentilicia
Hortis Vaticanis plantata,
Ad Carniolae solum hodie translata,

In Labacensi sacro viridario
 Amoena diffundat folia,
 Donec tota erubescat,
 cuius
 Sub umbrae suaveolenti tegmine
 Tutus quiescat Clerus, Populusque;
 Rege felix, vive vita perenni
 Duorum siderum
 Josephi et Caroli
 felice omine,
 Ab illo exaltatus ad Principis
 Antistitis munus,
 Altero auspice firmatus,
 Uterque Austriacus, Austriacum
 Austriaco complexus
 favore.

Die proinde 10. matutina finito choro RR. DD. Canonici Capitulares cum DD. Parochis et Clero aulam episcopalem adeunt, ad commitandum celsissimum Episcopum, qui pariter a Magistratu Labacensi humanissime susceptus et sub baldachino, quem quatuor Senatores portabant, comitante reliqua interioris et exterioris senatorum corona sanctam Basilicam ingreditur, cui obviam processit reverendiss. Praepositus Leopoldus S. R. I. Comes Cobenzel in pontificalibus usque ad limen Ecclesiae.

Ad summum altare cum venerat inter tubarum et tympanarum clangores, dato initio a reverendiss. D. Decano et Vic. Generali. bulla pontificia per Notarium officii lecta est. Sedens celsiss. Episcopus in sua stola obedientiam suscipit a DD. Capitularibus, Parochis et universo Clero. Quo peracto missam inter exquisitam musices harmoniam tubicinum et tympanarum clangores dixit D. Decanus; qua finita Neo-Praesul „Te Deum“ intonavit. Benedictione demum omnibus data, pari solemnitate ad aulam se recepit, ubi pariter a celsiss. Principe J. Ant. Jos. ab Eggenberg et excell. Comite . . . Lanthieri in temporalibus installatus, Proceres patriae ac reverendiss. Capitulares lauto ac sumptuoso prandio excepit inter tormentorum fragores.

Vesperis utraque turris in signum festivalis laetitiae illuminata resplenduit et in Collegio Carolino in summitate eiusdem parte una tympanarum et tubicinum clangores, parte altera Academicorum philoharmonicorum exquisita instrumenta resonabant.

Ornamenta quae sub Francisco Carolo Basilicae accesserunt, non parvam spirant ejus magnificentiam, inter quae quatuor ampla loculamenta, quae in totidem pilis maximo emispherio suppositis architectus incrustavit, quibus ingentes statuae lapideae impositae, artificii scalpro insignis sculptoris Angeli de Putis, Itali Paduani, efformatae, sub quorum inscriptio:

1. S. Maximus Epis. Aemon.

Huius Basilicae et urbis Patronus, Patriae Apostolus. Regimine magnus, virtute constantiae major, sanctimonia maximus, Apesiae pro fide lapidibus obrutus, martyrii coronam nanciscitur.

Praef. An. 240.

obiit 152.

2. S. Florus Epis. Aemon.

Doctrina non minus quam sanctitate, et miraculis hos illustravit, cui Patria reddit in acceptis fidem, quam propagavit. Praesul, cuius sacras exuvias veneratur Pola, ubi in apostolico munere occubuit.

Praef. 382.

ob. 397.

3. B. Castus Episc. Aemon.

Successor Maximi in pastorali munere, virtute et constantia fidei, per quem hic populus eruditus, clarus. In Romanis synodis a Damaso Papa adscitus, cuius meritum digno signatur nomine Casti.

Praef. An. 349.

ob. 368.

4. B. Gennadius Epis. Aemon.

Gregem Aemonensem furore Atilae dispersum pastorali cura congregat. Congregatum in lege Domini continet, apostolico zelo confirmat, sensimque mirum in modum adauget . . . Adfuit V. Romam. Synodo.

Praef. An. 485.

ob. 504

Anno 1712. nona Decembris excell. D. Franc. Anton. Comes ab Auersberg ex Creuz, S. C. M. Cons. Int. Mareschallus Carn., cathed. Basilicae divi Nicolai dono dedit lampadem argenteam, rara arte fabrefactam, ponderis 31. Marcharum et 8 Loth.

Anno 1714. tertia Maji in festo Invent. s. Crucis particula s. Crucis, quam celsissimus Ep. Franciscus Carolus Roma apportaverat ac cathed. Basilicae dono dederat, publicae venerationi exponitur, tum ab ill. Leopoldo, Comite Cobenzel, Praep. Labacen. populo sumpto initio a Principibus ac suprema nobilitate ad infimum ad osculandum praebetur.

CAPUT XIX.

De picturis novae cathedralis Basilicae et aliis ornamentis.

Cum Julii Qualaei*), pictoris eminentissimi, veterum aemuli, eleganti penicillo ad miraculum prope tota Basilica resplendeat, ita, ut quo diutius usurpetur oculis, eo magis prodigiosa amoenitate et colorum varietate fascinat intuentes, in quo naturae et artis foedus inspexeris: aequum est, ut speciali titulo ea, quae spatio quatuor annorum perfecerat, exponamus. Ordiamur ab illo, quod Julius omnium primo pinxerat, in fornice chori DD. Canonicorum. Repraesentatur hic augustissimus Imperator Fridericus III., fundator restaurati Episcopatus Labacensis, cui anno 1458, cum a vidua Ulrici, dolo ab Hungaris interempti comitis Cileae, et Joanne a Witowiz, Cileae obsideretur, S. Nicolaus, ut testantur manuscripta Provinciae, nocte in somno comparuit ac monuit, ut insidias vitaret, ac ad arcem se reciperet; paruit monito, insidias sibi structas evasit. Memor huius beneficii biennio abhinc elapso honori s. Nicolai Labaci Episcopatum fundat.

Subtus parte una exhibetur Fridericus Fundator throno insidens, a quo Sigismundus, ex illustrissima prosapia Comitum a Lamberg oriundus, qua primus Episcopus Labacensis foundationis instrumenta ac privilegia suscipit. Parte altera, qualiter idem a Pio Secundo, Pontifico maximo, confirma-

*) Julius Qualaeus, Lainus Comensis, status Mediolan., discipulus Marci Antonii Franceschini Bononiensis, nat. anno 1668., Parmae, Placentiae et Venetiis picturae studuit ad normam Corregii, Carazae et Tintoreti, pinxit hic aet. 35.

tionem et exemptionem ab omni metropolitico jure obtinet. Quod supra fenestras vacat, angelis insignia Episcopalia portantibus, suppletur; bina vero latera fenestrae majoris parte unâ occupat Ardor Amoris Divini, partem alteram Zelus religionis.

Ornamentum principalis iconis, divi Nicolai, quod nobili sipario, ea arte confectum, ut impar sim. id calamo meo exprimere. Flavi colores id est, cuius lacinae eleganter exspatiatae a duobus angelis, minores non computando, staturam hominis excedentibus, sustentantur. Subtus duo elegantissima, pedestalis suis incumbunt simulacra hoc Religionis orthodoxae, illud Humilitatis speciem formans. Illud de superstitiosa haeresi, hoc de arroganti superbia triumphat.

(continuabitur.)

IV.

MISCELLANEA.

Circa administrationem Eucharistiae. A Reverendissimo Domino Francisco Petrarca, Archiepiscopo Lancianen. et administratore perpetuo dioeceseos Ortonen, Sacrorum Rituum Congregationi sequens pro opportuna declaratione propositum fuit dubium:

„Utrum sabbatho Sancto mane in Ecclesiis, ubi potest una missa cum cantu celebrari, cantato iam hymno *Gloria in excelsis*, et nondum facta sacrarum specierum sumptione, ab alio sacerdote, quam a celebrante, superpelliceo et stola induto, ex sacris particulis, quae feria V. in Coena Domini superfuere adservatis Sanctissima Eucharistia Christifidelibus expetentibus distribui possit ac liceat, et an ab iisdem sic sumentibus Paschali praecepto satisfiat?“

Sacra porro eadem Congregatio ad relationem infrascripti secretarii, exquisito antea voto alterius ex apostolicarum caeremoniarum magistris, huic dubio mature perpenso die 13 Januarii 1882 sic rescripsit ac declaravit: **Servetur consuetudo.**

Dr. Cardinalis BARTOLINUS, S R., C. praef.
Plac. Ralli, S. R. C. secretarius.

VI.

Concurs-Verlautbarung.

Die Curazie Šturija im Decanate Wippach wird bis zum 15. October d. J. zur Bewerbung in der Diözese ausgeschrieben.

Die Bewerber haben ihre Gesuche an das hochwürdigste fürstb. Ordinariat in Laibach zu richten.

VII.

Chronik der Diözese.

In das fürstb. Knabenseminar Collegium Aloysianum wurde ferner noch neu aufgenommen der Schüler der IV. Gymnasial-Classe Josef Vintar aus Prečina.

Für das nächste Schuljahr wurde die Aufnahme in den Diözesanclerus und in das Clericalseminar nachbenannten Candidaten gewährt: Kos Josef aus St. Michael bei Rudolfswert, Kramarič Josef aus Radovica, Pavlič Johann aus Krainburg und Sušteršič Franz aus Glince bei Laibach; weiters wurde nachstehenden Candidaten die Aufnahme bedingungsweise gewährt: Dolžan Georg von Križe bei Tržič, Mali Anton von Untertuchain, Schiffrer Gustav von Laibach und Zavodnik Karl von Seisenberg.

Nachdem der Domherr Dr. Heinrich Pauker Edler von Glanfeld das Amt eines fb. Commissärs in Bezug auf den Religionsunterricht und die religiösen Uebungen an den Mittelschulen Laibachs, an den beiden Pädagogien und den damit verbundenen Uebungsschulen freiwillig niedergelegt hat, wurde der Domherr Dr. Johann Gogala mit diesem Amte betraut.

Der Domherr Andreas Zamejic wurde zum Examinator behufs der Vornahme der Prüfungen aus der Religionslehre bei der für die Periode bis Ende des Schuljahres 1884/5 eingesetzten Prüfungs-Commission für allgemeine Volks- und Bürgerschulen in Laibach ernannt.

Die Domherren Friedrich von Premerstein und Andreas Zamejic wurden zu Revisoren der Kirchenrechnungen in der fürstb. Kirchen-Rechnungs-Kanzlei ernannt.

Der bisherige Hauptlehrer an der k. k. Lehrerinnenbildungsanstalt in Laibach, Herr Michael Lazar, wurde dem k. k. Staatsuntergymnasium in Krainburg als Religionslehrer und behufs Verwendung für das slovenische Sprachfach zur Dienstleistung zugewiesen.

In Folge der Resignation des Dr. Johann Gogala auf die Religionslehrerstelle am Laibacher Obergymnasium, wurde diese Stelle vorläufig suppletorisch mit dem approbirten Gymnasial-Lehramts-Candidaten, Präfecten im Knabenseminar Dr. Phil. Johann Svetina wieder besetzt.

Der hochwürdige Herr Anton Zupančič, Professor der Pastoral-Theologie an der theologischen Diözesan-Lehranstalt in Laibach, wurde zum fürstb. Consistorialrath ernannt.

Dem neugewählten Pfarrer von Wippach, Herrn Mathias Erjavec, welcher am 23. September d. J. die canonische Investitur erhalten hat, wurde die Würde eines Dechantes für den Wippacher Decanalbezirk und eines fürstb. geistlichen Rathes verliehen.

Der Stadtpfarrcooperator in Gottschee, Herr Franz Kadunc, wurde zum Pfarradministrator von Draga und der Curatbeneficiat in Lozice bei Wippach, Herr Johann Hladnik zum Curaten von Goče bestellt.

Die durch Todfall erledigte Pfarrpfünde Mitterdorf in der Wochein erhielt der hochw. Herr Mathias Zarnik, Pfarrcooperator in St. Martin bei Krainburg, und wurde am 22. d. M. auf dieselbe canonisch investirt.

Besetzt resp. neuangestellt wurden die Herren:

Šlibar Gregor, Pfarrcooperator in Kamnik, als solcher nach St. Martin bei Krainburg;
Mrčun Rochus, Präfect im Knabenseminar Coll. Aloysianum als Pfarrcooperator nach Altlaak;
Mekinec Franz, Pfarrcooperator in Dol (Lustthal), als solcher nach Dob;
Rott Gotthard, Pfarrcooperator in Logatec, als solcher nach Cerknica;
Lavrenčič Johann, Alumnus-Presbyter als Pfarrcooperator in Logatec;
Berčič Peter, Pfarrcooperator in Polhov Gradec, als Stadtpfarrcooperator nach Gottschee;
Dolinar Franz, Alumnus-Presbyter, als Pfarrcooperator in Polhov Gradec.

Gestorben sind die hochwürdigen Herren: Andreas Kozjek, pens. Pfarrer zu St. Martin bei Vittai am 7. September und der Ortscurat von Vrabče, Lorenz Pozenel, am 16. September. Dieselben werden dem Gebete des hochwürdigen Diözesanclerus empfohlen.

Vom fürstbischöflichen Ordinariate Laibach am 24. September 1882.